



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**De Iure Ac Potestate Romanorvm Pontificvm,  
Imperatorvm, Regum ac Episcoporum**

**Alvarez Guerrero, Alfonso**

**Coloniae Agrippinae, 1586**

**VD16 A 2069**

An Papa possit constituere Episcopos in terris infidelium. cap. xxxi.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63477](#)

cere contra electum, quod est sibi suspectus in regimine  
non enim tenetur admittere praelatum, de quo non possit  
confidere; ne forte reuelet aduersario secreta regni, &  
non in c. & si vnamimite, de postula praelat. Inno. in c. 16  
per his, de accusatio. Panor. in c. quod sicut, de elect. In  
no. in c. pastoralis, de priuilegijs. & vide suprà in c. xv  
ad finem. Et olim Episcopierant pauperes, vt in c. de his  
q. j. & ibi videbis de hoc glo. magistrali.

**A N P A P A P O S S I T C O N S T I T U E**  
*re Episcopos in terra infidelium, vbi per idololatriam  
blasphematur Deus, vt in presentia fit ad pre-  
sentationem Catholici Regis nostri.*

Cap. XXXI.

S V M M A R I V M .

- 1 Papa non possit Episcopatum in terra infidelium constitutum.
- 2 Hispania Rex Monarchae est in regno suo, & ex concessione  
gratia summi sacri Romanorum Pontificis infideles non  
egere potest, ne contra legem naturae vivant, sed suam  
Hispanicam legem.
- 3 Infideles aliam legem licitam non habent, prator legem naturae.  
Vbiisque, & in toto mundo Christianorum laudatum fuit.
- 4 Infideles non in orbu Hispaniarum Regi obedire tenentur.
- 5 In temporalibus Imperator est Christi vicarius.
- 6 Ante Christi adventum iura Imperialia, & Pontificalia  
indistincta.
- 7 Christi regnum erat spirituale.
- 8 Qui Christianus non est, temporalem iurisdictionem extra  
non potest.
- 9 Cyrus ex Dei ordinatione in regnum elevatus est, ad destru-  
ctionem Chaldaeorum, & Iudeorum liberationem.
- 10 Filii parvuli Saracenorum an ipsis à Rege auferri possunt?  
sanctum recipiant baptismum.
- 11 Principes Deum imitare debent.
- 12 Post Christi adventum apud infideles non est honor, neque  
vivium, neque potestas.

14 Omnes

- 14 Omnipotens à Deo ordinata est.  
 15 In Anglia, Gallia, Hispania, & alijs prouincij Reges constituta-  
   untur per successionem.  
 16 Talmus iudaorum liber in Iffu Gregorij IX. Innoc. IIII. nece-  
   non taliū III. summorum Romanorum Pontificum combu-  
   stum fuit.  
 17 Papa ex causa maxima Imperium, & regna de gente in gentem  
   transferre potest.

**A**Nt Papa possit constituere Episcopatum &  
 in terris infidelium, dico quod sic, ut per  
 Bald. & Ange, notatur in Iid, quod. & dele-  
 ga. Ideo sumpta occasione ex doctrina Bal.  
 & Angeli dicemus aliqua pro complemen-  
 to tractatus de potestate Papæ, & Imperatoris in Sarace-  
 nos, & alios infideles noui orbis. In primis dico, quod con-  
 tra terram, in qua per idolatriam blasphematur Deus,  
 iustum bellum inuenitur motum in sacra scriptura, ut per  
 Nicolaum de Lyra Numeri c. xxxi. Nam cum populus  
 Israel fornicatus esset cum mulieribus Madianitis consilio  
 Balzam, dominus dixit ad Moysēm; Hostes vos sentiane  
 Madianitæ, & percutite eos, ut habetur Nume. xxv. Vnde  
 non obstante, quod prohibitum erat prælium contra Ma-  
 dianitas, ut in c. ix. Deut. & mares, & sceminas interficerent;  
 quia iratus Moyses principibus exercitus ait; Cur scemi-  
 nas referuatis? Nonne istæ sunt, quæ deceperunt filios  
 Israel, & prævaricari vos fecerunt in domino? ut Nume-  
 ri cap. xxxi. Item scriptum est, cap. xii. Deuterona. Subuer-  
 tite omnia loca, in quibus coluerunt gentes deos suos,  
 dissipate aras eorum, & costringite statuas, & disperdite  
 idola, & nomina eorum de locis illis. Et in c. ix dicitur, Au-  
 di Israel, ne dicas, propter iustitiam meam introduxit me  
 Deus, ut terram hanc possiderem: quia non propter iusti-  
 tas tuas, sed quia illæ egerunt impiæ, deletæ sunt. Itaque  
 contra illos infideles idololatras noui orbis, ubi per ido-  
 lolatriam blasphematur Deus, agentes contra legem Chri-  
 sti, & contra legem naturæ iustum bellum potest indicia  
 Rege nostro: t̄ quia Monarcha est in regno suo præc. a

P. 4              pue,

puè, quòd Rex Hispaniæ iure proprio, & ex concessione,  
 & ex gratia summi sacri Romani Pontificis potest cogere  
 illos infideles noui orbis, vt non viuant contra legem na-  
 turæ, sed viuant secundum Hispanicam legem. Legitur  
 etiam in cap. xviii. Deut. Quando ingressus fueris terram,  
 quam Dominus Deus tuus dabit tibi, caue, ne imitare ve-  
 his abominationes illarum gentium, ne inueniatur in ita  
 qui lustret filium suum, aut hliam, ducès per ignem. Itaque  
 istæ gentes propter idololatriam fuerunt deletæ. Quod si  
 ante aduentum circa Deum colendum, & idola spernenda  
 hæc præcepta seruanda sunt, quanto magis ante aduentum  
 Christi, seruanda sunt, vt in c. si audieris, xxv. quæst. v. Si  
 istæ infideles, vt omnibus notum est, immolabat victimas  
 humanas, & contra legem naturæ delinquebat. Vnde in pe-  
 cato contra naturam Papa, & Rex noster possunt esse iudicati.  
 Sed inter eos habet locum præuentio, vt in c. pastori  
 lis, c. duo, de offic. ordin. quia idololatria, & peccata con-  
 tra naturam concernunt Dei reverentiam, qui est conde-  
 tor uniuersalis creature. & de hoc vide Barto. in l. senatu  
 ff. de accusa. & vide in c. gaudemus, de diuor. & vide in  
 innocent. in c. quod super, de voto. & vide ea, quæ nota-  
 tur per Abbatem in c. in Archiepiscopatu, de rapto. dicte  
 rem, quòd Papa punit infideles contra legem naturæ  
 linquentes. Et adverte, quia Innocent. in d. c. quod sup-  
 dicit, quòd si infideles sunt infesti Christianis, vel deli-  
 quant contra legem naturæ, quòd poterit eis indicere la-  
 lum, & eos priuare, & debellare dominia sua. teneri eti-  
 ibi dominus Abbas post Innocent. & ibi dicit Hostiensis  
 quòd si infideles non cognoscunt dominium ecclesiæ, &  
 citè possunt bonis spoliari per id, quod habetur in Eccles.  
 sias. x. Transfertur à gente in gentem regnum, &c. +  
 infideles non habent aliam legem licitam præter legem na-  
 turæ; si delinquunt in illam, puniuntur, vt dixi. ita Inno-  
 cent. in d. c. quod super, de voto. sed Panor. dicit ibi, adue-  
 te, quia Innocent. omnia iurisdictionem infideliū videtur  
 attribuere Papæ: quod non procedit indistincte; nam  
 omnes infideles sunt sub Imperatore, vt C. de Iudæis, & C.  
 de paganis, per totum, & c. postulaisti, de Iudæis. & Imp.

rator saltem quod ad exercitium habet iurisdictionem in  
vniuerso orbe, & est dominus mundi. haec ille. Sed tu vi-  
de ea, quae scripsi in c. de Imperatore, & in c. de voto, infra  
in isto Speculo. Sed hos infideles non possessionibus, & fa-  
cilitatibus spoliandos esse credo, nec in seruitutem redi-  
gendas, sed Regi catholico nostro subiiciendos, ut ex in-  
frascriptis dicendis apparebit, ne fidem, aut eius propaga-  
tionem impedit prædicationibus obſtendo, & Deum  
per idolatriam blasphemando: quia isti barbari impli-  
cati sunt grauissimis peccatis, vt dixi. Et hodie etiam est  
vaicus Monarcha Rex noster, quia Imperator est, & do-  
minus totius orbis, ratione protectionis, & iurisdictionis,  
vt vniuerso orbi notum est, & vt dixi supra. De hoc vide  
infra in tit. de Imperatore, & suprà c. xvij. Hostes fidei, &  
Principis sunt dicti infideles, & ipso iure sunt diffidati à  
lege, vt per Alexan. in l. hostes; & per Bald. & Paul. in au-  
then. nauigia. C. de fur. ¶ cum non sit locus in mundo, in 4  
quo nomen Christi non fuerit laudatum, & cultum; & de  
Apostolis dicitur, quod in omnem terram exiuit sonus  
orum, vt in c. fundamenta, de elect. in vj. c. ita dominus,  
xix. distinct. & ipse Saluator dixit discipulis suis: Eritis  
mihi testes in omni Iudea, & Samaria, & vsq; ad ultimum  
terræ. & pro hoc xxij. distinct. c. in nouo: vbi litera dicit:  
Discipuli iubente Domino in toto orbem terrarum dispersi  
Euangelium prædicauerunt. De Christo enim verifica-  
tur, quod omnes Reges terra adorabunt eum', & omnes  
gentes seruient ei, c. displicet, xxij. q. viij. Vnde de ecclæ-  
sia catholica intelligitur illud, quod Abraham dicit Sarra  
vxori sue conquerenti de illa infideli ancilla: Ecce, in-  
quit, ancilla tua in manu tua, vttere ea: per Sarram enim  
ista sancta catholica ecclæsa significatur; per ancillam, il-  
la maledicta secta infidelium. Vtatur ergo ista sancta ec-  
clæsa, quæ per Sarram significatur, ista maledicta ancilla,  
vt fuit vsa illa beata Sarra, illam affligendo. Utaturetiam  
ea, vt præcepit Dominus, eam ejciendo, & expellendo, &  
filios eius ab hereditate, & possessione, ne partem habe-  
ant cum filijs liberæ. Nam cum illi sint filii ancillæ, &  
sic serui, non sunt capaces iurisdictionis domini, vel

R 3 hære-

honoris, ut per D. Augustinum contra Petilianum, ubi dicit: Ad omnes iniquos, & impios illa vox Domini valeat. Auferetur a vobis regnum Dei spirituale, & temporale, & dabitur genti facienti iustitiam, i. populo Christiano. An frustra scriptum est: Labores iniustorum p[ro]cedent[ur] quae verba sunt canonizata in cap. si de rebus, xxij. q. viij. vbi dicit Cardinalis doctissimus ille de Turre crenata, exponendo textum, Auferetur regnum non solum spirituale, & aeternum, sed temporale, & dabitur genti facienti iustitiam in populo Christiano, ut dixi: quia infideles v[er]untur domino, & iurisdictione ad persecutionem, & offensam Dei & voluit Christus, ut omnis homo esset Christianus, n[on] constat per tota Euangelicam doctrinam: & voluit erat, ut omnis homo esset subditus Regi Christiano, ut infra eetur. Sed si infideles noui orbis non persequuntur Christianos, & Regi nostro v[er]bique, ut vasalli, seruire, & obedire reparatis sunt, non possumus expugnare eos, ut dixi supra. Quod est notandum per text. notabilem, in c. dispar. xxij. q. viij. vbi dicitur: Saracenos debemus persequi, non Iudeos: quia Iudei v[er]bique seruire parati sunt, ut dicimus infra. Itaque per ipsum text. infideles noui orbis tentantur obediere Regi Hispaniarum; alias licet debellantur. Sed si volunt soluere tributum pacifice, dic ut infra dicimus. Et Imperator est vicarius Christi in temporalibus, ut per Bald. in l. j. C. de iure aureo. annul. & auctoritate habet a Romano Pontifice, ut dixi. & sicut Deus iudicavit gentes agentes contra legem naturae, Genes. xvij. ad Regem nostrum spectat punire, & debellare paganos & alios Barbaros agentes contra legem naturae, & contra legem Christi. Itaque hodie non est dominium, nec iurisdictio, nec potestas penes infideles. Nam per aduentum Christi translati sunt in Christianos, ut per D. Augustinum, si de rebus. & ibi Cardinalis de Turre crenata, ut dicitur, & ita tenet Cardinalis Hostiensis doctissimus canonistarum in c. cum super, de voto & Odra, sequitur eum in consil. lxxij. Est postquam Christus venit in mundum, precepit, ut Pontifex cœlestia dispensaret, & Rex tantum terris presideret. Itaq. potestates sunt diuise per aduentum Christi.

Christi, ut in c. cum aduentum, xvj. dist. & ibi dicit Cardi. sancti Sixti, † Ante aduentum Christi iura Imperialia, 7 & Pontificalia erant indistincta, idem erat Imperator, & Pontifex, ut in c. cleris, xxj. distin. sed a Christo distincta sunt iura, & officia Imperatoris, & Pontificis; & alia attributa sunt Imperatori, scilicet temporalia; sed spiritualia sunt concessa Pontifici. Tempore etiam legis naturae simul ambo concurrebant regnum scilicet, & sacerdotium, ut omnes primogeniti Regum sacerdotes essent, & Reges, & iurisdictionem in temporalibus, & spiritualibus exercebant. Nec debebant distinguiri illo tempore: quia nondum erant sacerdotes vocati ad spiritualis virtutis exercitium, sicut ut tempore gratiae. Et Leuitæ in templo Dei mystici sacramenti mysteria explebant in veteri testamento, c. cleris, xxj. dist. & de hoc videbis supradictum in isto Spec. c. xvij. Et de hoc manifestè figurabat ab exteriori Deus haec officia dividendo in duo magna luminaria; unum, quod præcesset diei, i. spiritualibus, alterum vero nocti, i. temporalibus. Et Reges Christiani sunt dati a Deo, ad vindictam malefactorum, & ad laudem bonorum, ut per D. Ambros. in c. magni, xij. q. j. vbi legitur, Magnum quidem est, & speciale documentum, quo Christiani viri sublimioribus potestatisibus docetur esse subiecti. Sequitur tex. Item Apostol. Omnis anima potestatisibus sublimioribus subdita sit. Item Petrus Apostol. scribit ad Tit. Admonere illos principibus, & potestatisibus subditos esse. Itaque hodie non est honor, nec potestas, nec domini penes infideles (ut dixi) & si Iesus Christus Rex Regum, cui data est omnis potestas in celo, & in terra, misit ad capiendam possessionem mundi Apostolos, & non milites armatae militare, dico, quod misit ad capiendam possessionem regni spiritualis, non temporalis. Et licet secundum veritatem diuinitatis omnia sint subiecta Christo, tamen quantum ad humanitatem in primo aduentu suo non venit ad dominandum temporaliter. Ideo declarauit Pilatus regni sui conditionem dicendo, Ego in hoc natus sum temporaliter, & ad hoc veni in mundum per carnis assumptionem, ut testimonium perhibeam veritati docendo, radicando veritatem de diuinitate in cordibus fidelium,

& per consequens in talibus spiritualiter ego regno. ¶ Et quia regnum Christi erat spirituale, in nullo impediebat Imperatoris Romani dominium, de quo quererebat Pilatus. Et Christus soluit tributum; & dixit etiam, Reddit quae sunt Cæsar, Cæsari; & approbato Imperio transfuit in Christianos. Et quia Imperator debet esse de omnibus ecclesiæ, & de omnibus Christi, data est Papæ facultas examinandi, & cognoscendi, si talis esset, ut in cap. venerabilis Iem. de electio, & in Clemenc. vno, de iure iurant. ¶ quia qui non est Christianus, non potest exercere iurisdictionem temporalem, ut per Barto, in rubr. ff. de iust. & iure, & ad de ad ea, quæ superius diximus. Ecce quod Imperator noster, ut Imperator, & ut Monarcha, & Rex Hispaniarum, & auctoritate Apostolica sibi concessa, potest per predicationem occupare dominium novæ orbis, ubi habitatores idololatranti, & viuunt contra legem Christi, & contra legem naturæ: quia (ut dixi) apud idololatras non est dominium, nec potestas, nec honor, quia per aduentum Christi translata sunt in Christianos. Auferetur à vobis regnum, & dabitur genti facienti iustitiam; transfertur enim regnum de gente in gentem propter iniustias, & labores impiorum p̄ij edent. Et etiam legitur, Inimicos meos, qui voluerunt me regnare super se, præcipue quod miraculose ducente diuino spiritu Reges Hispaniarū obtinuerunt dominium illorum infidelium. Et piè credendum est, quod regna illa transfulit Deus in Reges nostros postquam completæ fuerunt iniquitates eorum; ut per Dominū fuit dictum Abrahæ: Ne cedum n. completa sunt iniquitates Amorrhæorum, Genes. xv. Deus enim existat in talibus mensuram sui iudicij: vel occulto Dei iudicio voluit Dominus, ut cum effectu prædicaretur Evangelium illis gentibus regnante Rege Hispaniarū: quia Reges (ut dixi) procedunt ex Dei ordinatione, qui secundum voluntatem suam transfert regna, & constituit, ut in c. ij. Dani, & hoc contingit frequenter propter peccata hominum. Et aliquando malos homines in regnum eleuantur ad punitionem aliorum peccatorum; ¶ sicut patet de Cyro, qui ex ordinatione Dei eleuatus est in regnum, ad destruc-



structionem Chaldaeorum, & liberationem Iudeorum, secundum quod dicitur Isa. xlv. Hæc dicit Dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, ut subijcam ante faciem eius gentes. Sed animaduertendum est, quod illud, quod dixit Apostolus ad Romanos: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: & illud, quod dixit Petrus: Estote subditi dominis vestris; fidelibus scribunt, non paganis: vt per D. Ambros. in d.c. magnum, xj. q. j. Sed Rex noster tenet mittere ad hos idololatras prædicatores bonos, qui opere, & sermone conuertant eos ad Deum, obseruando mandatum Domini dicentis Matth. vlt. Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos, &c. docentes eos seruare **omnia quæcumque manda** ui vobis. † Et an Rex possit auferre Saracenis filios par- **11** uulos, eos facere baptizare, vide Cardin. in Clemen. vna, de Iuda. & Saracen, ad finem. Et quia Rex in regno suo dicitur lex animata, & Reges dicuntur, quasi in virtutibus alios regentes, debent Reges Hispaniarum nominare optimos vicarios, iudices, præsides, & ministros: vt in vtroque tempore bellorum, & pacis vnicuique iussuum tribuant in illo nouo orbe diuina virtute, & Apostolica sibi concessa. † Et recordentur Principes, quia debent imita- **12** ri Deum, vt in authen. vi omnes obed. iudic. prouin. g. ar., ripiant, colla. v. & vt in am Reges possent dicere cum David: Oculi mei ad fideles terras, vt sedent mecum. Et estimimpossibile, quod illi recipiat prædicatores, nisi ab ad ministrante iurisdictionem temporalem mittantur, & conseruentur. Itaque Rex noster iuste debellavit, & potest continue iuste debellare illos idololatras noui orbis, & omnes illi debent esse vasalli angarij, sed non perangarij: sed ex delicto possunt fieri perangarij, scilicet si fuerint rebelles. Et est aduertendum, quod generatio ista non fuit villo tempore molesta religioni Christianæ, & non asperis, sed blandis verbis sunt ad fidem prouocandi, c. qui sacer- **13** ra, xlvi. dist. & c. debet homo, xxiiij. q. iiiij. Sed licet genera- ratio ista non fuerit molesta religioni Christianæ, subditi tamē, & vasalli debent esse Regi nostro, vt dixi: † quia post aduentum Christi apud infideles non est honor, neq; do-

minium, neque potestas, ut dixi. Ideo infidelium terram, quam tenent isti infideles, licitum est inuadere: quia domini est terra, &c. ipse enim Deus creator est omnium universorum, & haec omnia subiecit dominio rationalis creature, propter quam haec omnia fecit, Gen. c. j. Haec igitur a principio fuerunt communia, quousque; introducendum fuit, quod terra diuidenter, & limitarentur, virnusquisque, quod suum erat, sciret: quod de iure gentium introductum est, ut in c. ius gentium, j. dist. nec suum malum, immo bonum: quia communio parit discordiam. ff. de lega. ij. l. cum pater. s. dulcissimis. Habuerunt etiam primi parentes dominia particularia per divisiones inter eos factas, sicut apparet in Abraham, & Lot, quorum unus accepit ad dexteram, alius ad sinistram, Genes. xij. Super homines vero tanquam super seruos nullus habuit dominium ante ius gentium: natura enim omnes homines liberi sunt, Inscit. de Libertinis, s. j. Sed gladius datus a vindictam quomodo cepit? nescio, nisi quia forte Deus dedit aliquem, vel aliquos, qui sacerent iustitiam super delinquentes. & vide infra in tit. de Rege, & regia dignitate vbi multa de origine Regum. Sed & iure naturae paternae milias super familiam suam omnem jurisdictione habent a principio. Hosti. in c. quod super, de voto, quamvis hodie non habeat, nisi in leuibus, & paucis. ff. de furtis. l. servi, & filii, j. respon. & de fur. l. respiciendum, s. furta domesticorum, & l. congruentius. C. de patria potestate. Hoc autem certum est, quod ipse Deus a principio per se jurisdictionem exercuit, & iustitiam fecit in celo expellendo angelos, ex paradyso expellendo etiam hominem, & in mundo mitendo diluvium, ut Ezech. c. xxvij. & Esa. c. xij. Gent. ij. & viij. & multa alia sunt exempla, quae in diversis locis <sup>14</sup> sacrae scripturæ colligi possunt. ¶ Sed omnis potestas a Deo est ordinata, ut in c. xij. ad Roma. unde & qui potestati resistit, ordinationi Dei resistit, c. qui resistit, xj. q. iii. Sed per electionem constituantur principes super homines, ut pater in Saule, & multis alijs, c. licet, viij. q. j. & c. ergo, & c. audacter, & in multis alijs capitulis, & in c. legitimus, xcij. q. dist. ¶ Sed in Anglia, & Gallia, & Hispania, & alijs prouinciis

cijs Reges constituuntur per successionem, & non per electionem. Et naturale est vnum solum Deum colere, & non creaturas: inde est quod Papa iudicat, & punit Iudeos, si contra legem faciant in moribus. Et eodem modo punit eos, si contra legem suam haereses inueniat, & obseruent: † & hac ratione moti Papa Grego. IX. & Innocen.<sup>16</sup> IIII. & Papa sanctissimus Iulius III. mandauerunt comburi librum, quem Iudei vocant Talmuth, in quo multæ haereses continentur. Et licet infideles ad fidem præcisè non cogantur, quia omnes sunt libero arbitrio relinquenti, & sola gratia Dei in hac vocatione valet, c. de Iudeis, xlvi distincti. c. ad fidem, xxiiij. quæst. v. & dixi supra: potest tamen Papa mandare infidelibus, quod in terris iurisdictionis sue Euangelij prædicatores admittat: nam cum oennis rationalis creatura facta sit ad Deum laudandum, iuxta illud Psal. Laudate Dominum omnes gentes: & iterum, Omnis spiritus laudet Dominum; certum est, quod si prædicatores prohibeant pagani prædicare, peccant; & ideo à Papa puniendi sunt. Et si diceret aliquis, nihil ad nos de his, qui foris sunt, vt ait Apolt. & c. multi, iij. q. j. fol. Verum est, quod excommunicando, vel præcise ad fidem compellendo cum sola gratia Dei vocandi sint, vt in d. c. de Iudeis, xlvi. dist. alias si nos, vel prædicatores perturbent, seu inquietent, seu bona nostra occupent, vel si nolent obedire Regi nostro, vt superius dixi, per text. singul. in c. dispar, xvij. q. viij. multum ad nos, vt per docto. in c. gaudemus, de diuortijs, vbi dicit Panoim. Infideles delinquentes contra ius diuinum puniri possunt: Itaq; lex diuina omnes infideles comprehendit. Ideo mihi videatur, quod in aduentum Christi omissis honor, & omissis principatus, & omni dominium, & iurisdictione de iure, & ex causa iusta per illum, qui habet supremam manum, nec errare potest, omni infidei subtracta fuerit, & ad fideles translata. vt dixi superius, & probatur in d. c. si de rebus. xxiiij. quæst. viij. & probatur Ecclesiast. x. Regnum de gente in gentem transfertur propter iniustias, & iniurias, & contumelias, & diuersos dolos. Quod hoc factum sit, comprobatur in c. translatio, de constitut. & in persona Christi filij

filij Dei viui: quia non solum sacerdos fuit, sed & Rex,  
 Luce c.j. Ecce concipies in vtero, &c. Regni eius non o-  
 rit finis. Vnde & ipse dixit, Matth. xxj. Auferetur à vobis  
 regnum, & dabitur genti faciēti iustitiam. i. populo Chri-  
 stiano, vt superius dixi. Vnde constanter asserimus, quod  
 de iure infideles debent subiisci fidelibus, non è contra i-  
 patet in eo, quod legitur, & notatur in c.j. de Iudæis, infi-  
 de. & c. & si Iudæos. s. inhibemus. Concedimus tamen  
 quod infideles, qui dominium ecclesiæ recognoscunt, sin-  
 ab ecclesia tolerandi: quia nec ad fidem præcisè cogend  
 sunt, vt dixi suprà. Tales etiam possunt habere possestio-  
 nes ex tolerantia ecclesiæ. alios autem infideles, qui na-  
 potestatem ecclesiæ Romanae, nec dominiū recognoscunt,  
 nec ei obediunt, indignos regno, principatu, iurisdictione  
 & omni dominio iudicamus. vt diximus de mente Ho-  
 in d.c. quod super his, de voto. Itaque Papa habet iuris-  
 tionem temporalem proprio iure, scilicet quantum re-  
 cessarium est ad conseruationem rerum spiritualium in  
 rectionem hominū in salutem æternam, ad correptiones  
 peccatorum, & potest cogere istos idololatras ad lege  
 naturæ feruandam, quæ præcepta in Decalogo continen-  
 tur, Matth. vltimo: Docete omnes gentes, &c. Et potest  
 cogere eos, vt dixi, vt prædicatores admittant, & audi-  
 tam colentes idola, violatores sunt legis naturæ, & agu-  
 17 contralegem Christi. ¶ Ideo Papa potest ex causa ma-  
 ma transferre Imperium, & Regna de gente in gentem, i.  
 in c. venerabilem, de electione. & sic Papa transfult impe-  
 trium Græcorum in Germanos, & Alexander VI. Pontifex  
 Max. transfult illam regionem noui orbis in catholicis.  
 Regem Ferdinandū Regem nostrum: & de hoc videtur  
 in c. xvj. istius Speculi. Et licet omnis potestas dicatur  
 Deo, quandoq; tamē potestas nō à Deo est, sed ex peruer-  
 hominis appetitu, qui per ambitiones, vel quocunq; alicui  
 illico modo potestatem adipiscitur, Amos vj. Nunquid  
 in fortitudine nostra assumptissimus nobis cornua. Quan-  
 doque autem non est à Deo potestas, puta cùm sint aliqui  
 secundum illud Psal. Astiterunt Reges terræ, & Principes  
 conuenerunt in vnum aduersus Dominum, &c. & Ofer-  
 c.vii

& Rex,  
non e  
à vobis  
o Chri  
s, quod  
ntra vi  
is, infi  
tamen,  
cū, sū  
ogend  
fessio  
qui n  
oscun  
ctior  
e H  
iunif  
um no  
m in  
tiones  
leger  
ntine  
t pot  
idian  
z agur  
z mas  
tem,  
temp  
Pont  
holic  
rider  
cature  
rueru  
nq, alle  
nqui  
Quan  
aliqu  
ncipe  
Oles  
c.vii

e.vij. Ipsi regnauerunt, & non ex me, principes extiterunt, & non cognoui. Benè hoc possemus dicere de omnibus infidelibus, & in specie de infidelibus noui orbis: quia sunt hostes fidei, & ideo sunt ipso iure diffidati à lege, vt per Alexan. in d.l. hostes. ff. de capti. & postlim. re. & Pau. & Bal. in authen. nauigia. C. de furt. vt dixi, licet non sunt molesti religioni Christianæ: quia idolorum cultores sunt, & inimici Christi sunt. Sed concludendo materiam presentis capituli dico, quod si isti infideles noui orbis nolunt acceptare prædicatores, qui ordinatione Dei, & Romani Pontificis mittuntur, nec obedire Regi nostro, vt vasalli tenentur obedire Regi suo, possumus dicere, quod generatio ista prava est, & Religioni Christianæ molesta, & iuste pugnabitur contra illos, vt in c. dispar. xxij. quæst. viij. quia fugiunt prædicationem, & doctrinam Christi, & conuersationem Christianorum, & nolunt obedire Regi nostro, fugiendo colloquia vasallorum suorum, & Papa in illis terris potest constituere Episcopos, & prædicatores ad presentationem Regis catholici nostri, vt in præsentia sit, per ea quæ latissime scripta sunt. Sed si isti acceptant prædicatores Christianos, & obediunt Regi Hispaniarum, vt dixi, non possumus expugnare dictos infideles: & ista est veritas: & ita intellige doctissimum Cajetanum: nec hos infideles possessionibus, & facultatibus suis spoliandos esse credo, nec in seruitutem redigendos, sed Regi Catholico nostro, & ditioni eius subiiciendos, ne fidem, aut eius propagationem impedianter prædicatoribus obsistendo, vt supra dixi. Et in d. c. si de rebus, dicit D. August., contra Petilianum: Quid ergo indignum, si ea, quæ tenebant hæretici secundū parem voluntatem domini, catholici tenent? & contra omnes iniquos, & impios illa vox Domini valet: Auseretur à vobis regnum Dei, & dabitus genti facienti iustitiam i. populo Christiano: an frustra scriptum est, Labores impiorum pij edet? Quapropter magis mirari debetis, quod adhuc teneatis aliquid, quam quod aliquid amisistis; quia illius imperio, cuius facta sunt omnia, facta sunt nostra, & iuste nostra sunt, vos eis rebatur nisi ad præcisitionem, nos ad unitatem.

Et

Et vide omnia, quæ dixi in isto Speculo, in tracta. de bello. Sed aduertite, quia aliqui sunt naturaliter serui, & expedit aliquibus alijs esse subiectos. Aegidius Roma, in par. libri ij. de regimine princ. c. xij. & xiij. dicit: Oste demus primo seruitutem aliquam naturalem esse, & quo naturaliter expedit aliquibus alijs esse subiectos: quo probat Philosophus primo Poli. Dicit etiam Aegid. Romanus in d. cap. xiij. Sicut naturale est, bestias seru hominibus, sic naturale est ignorantes subiecti prudenter; expedit enim eis siccisse subiectos, ut per eorum industria dirigantur, & saluentur. Quare seruitus est: quo modo quid naturale, & naturaliter expedit societas humanae, aliquos seruire, & aliquos principari. Sed prius naturale propter commune bonum oportuit dages aliquas politiwas, secundum quas regerentur reges & civitates: sic visum fuit cōditoribus legum, quod pater seruitutem naturalem, secundum quam ignorantiam debent seruire sapientibus, est dare seruitutem legatum & quasi positivam, secundum quam debiles, & viiūt seruirent victoribus, & potentibus. Estenim iustum legum recitat Philosophus primo Poli. superatores in bello seruire superantibus. Videtur autem huiusmodi iustū, quod secundum Philosophum est secundum quid positivam triplicem congruitatem habere, quarum prima summa ex conditoribus legum; secunda ex defensione paternae ex salute debellatorum.

Et sanctus Thom. in libro de regimine principum, bro. iiiij. c. xij. dicit: Interdum enim dum populus non cognoscit beneficium boni regiminis, expedit exercerent rannides, que aliquando sunt instrumentum diuinæ stitie; quoniam aliter multi populi regi non possent, nisi in virga ferrea: nam apud quasdam barbaras nationes gale dominium est omnino odiosum, quia aliter reges possunt: verba gemina sunt, ideo notate ea, & addite superius dicta.